

alienam, efficitur male fidei possessor in foro conscientie, & peccat mortaliter detinendo, & tenetur ad restitutionem, quem ex nostris refert & sequitur Blasius Flores de Mena *lib. un. pract. qq. q. 6. s. 1. num. 15. fol. 57.*

Hæc tamen in nostro casu non procedunt, qui valde dissimilis est, cum in eo prædicta bona fides tot consiliis innixa, & tot juris utriusque titulis ac rationibus fulta, inconcusse per longum, & longissimum tempus perseveraverit, imo jam centenariam præscriptionem excesserit, postquam omne vitium elui, & omnem prorsus actionem, vel repetitionem sopiri, aperte docent Impp. in *l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. trig. vel quadr. ann. & Romani Pontifices in cap. de quarta, cap. ad aures de præscription. cap. 1. & 2. cap. dilect. 15. quest. 3.*

Etenim licet præscriptionem implum præsidium, & improbam temporis allegationem appeller Justin. Imp. in *Novell. constit. 9. s. 1.* quam citat Petr. Gilkenius in *tract. de præscript. 1. part. cap. 1. num. 5. & Everard. Bronc. cent. 4. anti-nomiar. assert. 2.* Et regulariter melius sit nullum titulum allegare, quam invalidum, aut defectuosum, ex his, quæ late adducit Egid. Bellamora *decis. 50. & decis. 113. & claris decis. 287. & 393. Felin. in cap. cum ordinem de rescript. col. 2. Osasc. decis. Pedem. 101. num. 31.* & alii relati a Cardinali Tuscho *pract. conclus. jur. verb. Titulus, conclus. 312.* Id quidem ubi mala fides & titulus, omnino injustus, aut ineptus intervenit, intelligi debet.

Ubi tamen præscriptio bona fide, & justis initis inchoata, & perfecta est, nihil amplius ad legitimam rei possessæ retentionem desideratur, sicut ut etiam mala fides post completam præscriptionem superveniat, res præscripta restitui non debeat, sive juris civilis, sive canonici regulas attendamus, ut cum magis vera & communi opinione decidit Glossa in *cap. vigilanti, & in cap. ult. verb. Temporis, de præscript. ubi Innocent. Hostiens. Abb. Bald. Felin. Butr. Collectar. & alii, & Dyn. Joan. Andre. Ancharr. Philip. Francus, & Petr. Pech. in reg. possessor. de reg. jur. in 6. Didac. Covar. ibidem 3. part. s. 2. num. 1. Bart. in Extravag. ad reprimendum, verb. Denuntiationem, Angel. in l. 1. C. de judiciis, num. 59. Jas. in l. post divisionem, C. jur. & facti ignor. & innumeri alii, quos referunt & sequuntur Tiraquel. in *tract. cessante causalimit. 12. num. 16. Mench. lib. 2. controvers. illustr. c. 74. num. 1. Franc. Balbus de præscript. 2. par. 3. part. princip. quest. 9. num. 1. Everard. Broncorst. antimon. cens. 4. assert. 7. Hieron. Zavallos commun. contra comm. q. 657. per totum, & q. 729. num. 23. Joan. Garcia de nobilit. gloss. 6. num. 5. & novissimè ac latissimè Pet. Gilken. qui utriusque opinionis Auctores, & argumenta recenset in eod. tract. 2. part. memb. 2. numer. 8. per totum. Et ex Theologis idem probant, & defendunt D. Thom. quodlibet 12. articul. 24. Scot. Paludan. & Major. in 4. Senten. dist. 15. q. 11. Domin. Sor. lib. 4. de just. & jure, q. 5. art. 4. Angel. in summa verbo Præscriptio, s. 20. & Sylvest. eodem verbo, num. 13.**

Qui inter alias rationes eas præcipue considerant, quod cum mala fides sit scientia rei alie-

na, hæc post completam præscriptionem nocere non potest, cum jam ex juris dispositione res non aliena, sed propria usucapientis affecta fuerit, quæ ab eo amplius vocari non potest; cum is, & qui auctoritate juris quid possidet, justè, & bene possideat secundum D. August. in *cap. quid dicam 14. quest. 4. l. justè possidet, ff. de acquir. poss. l. 14. s. 1. ff. de religio. & sumpt. fin. ibi: Quia bona fidei possessor est, & dominium justum habet, qui auctore judice comparavit.* Unde sumpta est regula juris, quæ habetur in *l. qui auctore 137. ff. de regul. juris*, ubi Petr. Fab. Ravard. & alii plura notarunt, Lex namque magis nosstrarum rerum domina censetur, quam nos ipsi, vel ulli privati domini, cum sit omnium Regina, *l. 2. ff. de legib.*

Et quamvis in multis casibus juris regula militet, qua docemur, quod cessante causa cessat effectus: tamen illa non obtinet, cum dispositio suum effectum sortita est, *l. sancimus, C. de admin. tut. ibi: Non enim debet, quod secundum leges factum est, ex alio eventu retractari.* Quia factus perfectus, & absolutus per impedimentum superveniens minime vitantur, *l. inter stipulationem 83. s. sacram, ubi Jas. & ceteri de verbor. oblig. l. in ambiguis 1816. s. non est novum ff. de regul. jur. ubi Decius, Mayner. Cagnol. Ravard. & Pet. Faber. c. factum legitime, de regul. jur. in 6. cum innumeris aliis congestis à Petr. Pechio ibidem, Corrasio in *l. pro parte, num. 10. ff. de servit. & Anton. Gomez lib. 2. var. cap. 10. numer. 21. Tiraquel. ubi sup. limit. 12. Claud. Præto Gnoscon. general. jur. lib. 6. tit. 7. cap. 3.**

Quibus non adversatur, t quod aliqui forsitan antiquis, vel modernis temporibus hanc Indiarum acquisitionem in dubium vocaverint. Nam cum Reges nostri supra dictis consulationibus ducti, semper bonam fidem habuerint, ea dumtaxat consideranda sunt, quia t in his, quæ ad bonam fidem & animi sententiam pertinent, proprium judicium spectandum est, non alienum, & magis facti quæstio, quam juris versatur, ut docet text. egregius in *l. 1. s. Julian. ff. de itinere, astuque privo. & in l. bona fidei 48. s. per contrarium, ff. de acquir. rer. dom. ubi id tamquam singulare notant Alber. num. 1. & Bart. num. fin. & idem Bart. & Salicet. per text. ibi in *l. penult. C. de eversion. cum aliis, quæ tradit Joan. Garcia de nobilit. in initio, num. 15. & 16. Et t credulitas probabilis habet vim tituli, ut notanter docet Aretin. cons. 42. in fine, Alex. cons. 24. num. 19. & sequentibus vol. 5. Mandell. cons. 64. num. 57. & seqq. vol. 1.**

Præsertim ubi in præscriptione triginta, aut quadraginta annorum versamur, t in qua, cum titulus necessarius non requiratur, *l. sicut, & d. l. omnes, l. cum notissimè, & l. penult. s. 1. C. de præscript. trig. vel. quadr. dict. cap. de quarta, & cap. ad aures de præscript. cap. cum Ecclesia Strina de caus. poss. cap. per venit, de empt. & vend. ubi Jacob. Butrius, & Imola, cum multis aliis, quæ late adducunt Paul. de Castro cons. 152. Roman. cons. 123. Craveta cons. 165. num. 13. & in tract. de antiq. s. materia, num. 7. & Petr. Gilken. de præscript. 2. part. memb. 1. cap. 3. ex num. 8. t Quilibet etiam putativus, & illegitimus sufficit, & bonam fidem inducit, quamvis postea*

- inducta ab aliis gentibus communiter recepta fuerunt.
- 16 Præscriptio attentata materia juris gentium est, & idè jus per eam quæstium à Principe tolli non potest, ex Anton. Petra.
 - 17 Petrus Gilkenius Menchaca opinionem ex professu impugnat & damnat.
 - 18 Præscriptionem contra, & inter supremos Principes & Respublicas liberari dari & praticari debere plura jura testantur.
 - 19 Principes suis pactis ligantur, & eorum contractus habent vim legis.
 - 20 Præscriptio habet vim pacti, & constitui, & habetur pro veritate.
 - 21 Præscriptionis jura, & effectus inter nullos magis observari convenit quam inter supremos Principes, Et quare.
 - 22 Regna omnia, & imperia sola antiquitatis tuitione subsistunt.
 - 23 Præscriptionem si quis inter Principes tollat, gravissima in mandum injicitur.
 - 24 Bellorum damna multa sunt, & graviora, quam quæ ex libris privatorum viri possunt.
 - 25 Bellum dicitur per antiphrasim quasi minime bellum, & alia ejus etymologia ex Cassiodoro.
 - 26 Principes melius faciunt, ubi ratione potius & jure quam armis & bellis suas lites componant, & Cassiodori verba hoc graviter suadentia.
 - 27 Incognitus quibus rationibus impugnetur jus navigationis maris Indici, quod nostri Reges sibi presumunt.
 - 28 Mare & litora maris gentium jure communia omnium esse dicuntur.
 - 29 D. Ambros. locus refertur, eos notantis qui maris sinus sibi applicare, aut acquirere cupiunt.
 - 30 Egid. Bened. & Seraph. Frates Lusitani, qualiter novissimè respondant argumentis Incogniti.
 - 31 Maris ut terra jus, cum prohibitione navigationis exterrorum per Pontificem nostris Regibus concedi potuit.
 - 32 Papa fecit, ergo potuit, valet consequentia.
 - 33 Pontifex Romanus representat personam Not. & Christi, qui habuerunt possessionem, & dominium maris.
 - 34 Venetorum Respublica habet jus maris Adriatici ex donatione Alexan. III. R. Pont. & plene de ejus historia, & an certa sit.
 - 35 Maris & litorum proprietates licet in universum à nemine occupari, vel acquiri possit, eorum tamen protectio pertinet ad Principes, quorum territoria adjacent. Principes supremi possunt exercere imperium, collectas, & vectigalia imponere in mari, & portibus suis territorii, ibidem.
 - 36 Maris varios sinus vel tractus proprio jure sibi vendicant plures Principes & Respublica, qui referuntur.
 - 37 Mare venit sub nomine territorii.
 - 38 Mare sæpe sumit nomen à terris finitimis & in eo ramè oportet delicta cobibere.
 - 39 Nautarum, & maritimarum hominum fera & improba natura est, & quare.
 - 40 Princeps concessio castro, concedere videtur jus quod habet in mari, & in aquis ex doctrina Innocentii.
 - 41 Maris jurisdictio an etiam ad loca remota extendatur.
 - 42 Maris sicut & aride confines assignari possunt, & an præcipue pertinentia vocentur.
 - 43 Terris elementum est commune omnium, & nihilominus habemus jus in celo, quod est supra domos nostras vel fundos.
 - 44 Immunitate ecclesiastica gaudet qui in aere supra cæmeterium ex fenestra pendens apprehensus fuit.
 - 45 Tributa pro aere & umbra aliqui Imperatores exegerunt.
 - 46 Lex deprecatio ad l. Rod. de jact. in illis verb. Lex autem maris, exponitur.
 - 47 Leges ut quis in aliquo loco dare possit, ejus Imperium habere debet.
 - 48 Maris dominium non pertinere ad Imperatorem ridiculum est secundum Alciatum.

CAPUT III.

In quo specialius de eodem præscriptionis titulo agitur, ejusque virtute etiam maris tractus, & litora queri, & aliorum in illis navigationes, & negotiationes prohiberi posse probatur.

SUMMARIUM.

- 1 Præscriptio aliquando sumitur pro usucapione, & acquisitione.
- 2 Præscriptionis frequentior acceptio, exceptionem, & retentionem significat.
- 3 Præscriptionis varie definitiones remissivæ.
- 4 Usucapio à Cicer. & J. C. appellatur finis litium.
- 5 L. i. ff. de usucap. & l. ult. ff. pro suo illustrantur.
- 6 Præscriptio non est contra acquiritem naturalem.
- 7 Lites minui, & finire maxime expedit Reip. propter earum damna & dispendia.
- 8 L. 4. vers. Non tamen, & alia quæ de litium executione agunt, referuntur, & exornantur.
- 9 Themistocles notabile dictum circa litium detestationem.
- 10 Præscriptionem de jure civili esse, & idè inter supremos Principes locum habere non posse, opinatur Menchaca, qui reprobatur.
- 11 Principes supremi non ligantur jure civili, sed tantum naturali, aut gentium.
- 12 Incognitus Auctor Maris liberi, argumento Menchacæ nimis exulcat.
- 13 Gloriosum victoria gens videtur, quod ex testimonio adversariorum elicitur, ex Claud. Mammertino.
- 14 Præscriptio juris gentium hodie dici potest, cum omnes nationes ea utantur, Et n. 17.
- 15 Juri gentium ea tribui possunt, quæ etiam jure civili Tom. I. de Indiar. jure.

- 49 Leger Rhodiam, & alie de mari, & rebus ad mare & navigationes pertinentibus a diversis Principibus late arguunt eos in ipso mari imperium habere.
- 50 Mare, & maris litora hodie ex communi totius Orbis usu, in dominio & jure Principum esse videntur.
- 51 Maris Imperium in Romanis agnoscit Virg. Claud. & alii.
- 52 Ezechiel locus exponitur, ubi insulam Tyri, dominam maris esse dicit.
- 53 Tyria maria adagium unde natum.
- 54 Maris primum dominum Minorem facit Strabo, & Dioscor. Neptunum, & quare.
- 55 Navium inventores primi qui fuerint.
- 56 Reges Hispanie justius quam Neptunus se maris Occani dominos vocare possunt, & quare.
- 57 Maris & litorum usus omnibus competit.
- 58 Communia que sunt, preoccupanti cedunt.
- 59 Procuratores vel executores si duo, aut plures in solidum fuerint nominati, qui preoccupaverit, solus ager.
- 60 Jurisdictionem qualiter quis acquirat, eam exercent in loco, quem non constat esse de alterius jurisdictione.
- 61 Praeoccupatio loci communis per Principem, facta, et dominium tribuit.
- 62 Praescriptio longi temporis sufficiens videtur ad obtinenda loca jure gentium publica vel communia.
- 63 L. si quisquam divers. & temp. prescrip. § l. sanè si maris, D. de injuriis expendantur & illustrantur.
- 64 Principes supremi interditi non indigent ad jura sua retinenda vel recuperanda, cum ipsi sibi jus dicant.
- 65 L. fin. D. de usucap. explicatur, & conciliatur cum d. l. si quisquam.
- 66 Jus in mari vel alio loco publico longa possessione quaesitum, interim durat, dum quis eo uti non desinit.
- 67 Maris vel alterius loci publici possessioni, longo tempore prescribitur, qui insistit, alterum eodem jure uti prohibet.
- 68 Piscandi & venandi jus an, & qualiter licite in locis jure gentium communibus, quæri possit, & aliis prohiberi.
- 69 L. 1. & 2. & alie tit. 8. lib. 7. Recop. que de piscatione agunt, declarantur.
- 70 Navigatio maris Indici justè à nostris Regibus aliis nationibus prohibetur.
- 71 Praescriptio 30. vel 40. annorum cum titulo concessionis Pontificie an sufficiat ad quaerendum jus maris Indici.
- 72 Praescriptio Imperii, & navigationis Indiarum non solum est quadragenaria, sed plus quam centenaria & immemorialis.
- 73 Centenaria praescriptio est potentior quam immemorialis.
- 74 Praescriptio immemorialis est sufficiens ad acquirendum non solum usum, sed & dominium maris, & litorum publicorum.
- 75 Veneti, praescriptione immemoriali defendunt dominium, & gabbellas maris Adriatici.
- 76 Praescriptio immemorialis habet vim tituli & privilegii, & operatur plures alios effectus.
- 77 Praescriptio immemorialis nunquam censetur exclusiva.
- 78 Bona fides requiritur etiam in praescriptione immemoriali.
- 79 Reges nostri semper bonam fidem habuerunt in acquisitione & retentione Imperii Indiarum.
- 80 Bona fides possessor est etiam ille, qui habet conscientiam dubiam.
- 81 Possessor in dubio potius debet sibi ipsi favere, quam dissuadere, ex notabili doctrina Baldi.

Sed quando de vi, & effectu praescriptionis circa hanc Indiarum retentionem, de qua loquimur, agere coepimus, opere pretium erit eundem titulum specialius adhuc, & diligentius examinare, & à variis quibusdam Novato-

rum calumniis defendere. Est enim tum ad acquirendum usitatissimum, quatenus praescriptio sumi solet pro usucapione, sive modo acquisitionis, qui ex longa possessione procedit, ut in l. et à quo 21. § l. fin. ff. de usucap. l. si duo 23. § l. ff. de jur. jurand. l. 3. ff. de requir. reis, l. qui alienam 54. ff. de evict. l. quinque pedum, C. fin. reuand. cum aliis traditis à Conanno, lib. 2. comment. c. 11. n. 2. Pratejo, Brisson. & Calino de verbos. sign. verb. Praescriptio, Cujac. & Horman. in principio institution. de usucap. ubi etiam Vultejus, n. 6. & 10.

Tum vero, maximè efficax ad retinendum, cum praescriptio proprius, & frequentius pro exceptione sumatur, quæ ex definito tempore substantiam capiens, possessorem dominium efficit, & plenam ei in posterum securitatem indulget, ut constare poterit ex l. 1. ff. de usucap. l. ult. ff. pro suo, l. cum notissimi, C. de prescript. 30. ff. vel. 40. an. l. 1. C. de commun. rerum alien. c. vigilanti, de prescript. Et ex variis ipsius praescriptionis definitionibus, quas tradit Glos. in c. in summ. 4. q. 3. Panormit. Felin. Alciat. & alii in rub. de prescript. D. Covarrub. in regal. possessor. l. p. relect. c. unic. n. 4. Connan. Brisson. & alii ubi supra, Parlador. lib. 2. quotid. § l. Donel. lib. 5. comment. c. 4. & lib. 22. c. 1. ubi Osuald. qui alios adducit & Petr. Gilken. in tr. de prescript. l. p. c. 2. n. 21. & seqq.

Unde merito Cicero in Orat. pro Cecina usucapionem appellat finem sollicitudinis à periculo litium, & J. C. in d. l. 1. ff. de usucapion. l. ult. ff. pro suo princ. inst. de usucap. bono publico inductam esse restantur, ne rerum dominia sint in incerto, & ut aliquis litium finis esset, quæ loca late exornant DD. præcipuè Alciat. & Berrojus in dicta rubrica de praescriptione. Theologi omnes in 4. distinct. 5. Summis. verb. Praescriptio, Forjun. Garcia in l. 1. ff. de justitia & jure, Balb. in tract. de prescript. l. p. q. 5. Covarrubias ubi supr. 3. p. in princ. Pinel. in authent. nisi tricennale, num. 39. C. de bon. matern. Menoch. de arbitrar. quest. 49. Petr. Gregor. lib. 40. Syntag. c. ult. Ravard. ad leg. Scribon. cap. 3. Donel. dist. lib. 5. c. 3. Angel. Matthæac. de via & ratione juris. lib. 1. cap. 11. num. 10. Everar. Broncorst. cent. 4. antinom. c. 2. & plures alii relati à Gilken. ubi supr. l. p. c. 1. ubi ostendunt, praescriptionis beneficium non esse contra æquitatem naturalem, reprobatam Accurs. sententia, qui secus existimavit in dict. l. 1. ff. de usucap. cum ex ea, inter alia, prædictum commodum finiendarum, vel minuendarum litium resultet.

Quod si vel ad ostendendam ejus utilitatem, & necessitatem sufficeret, cum nihil magis providi quique Legislatores, & Rerum publicarum gubernatores curare debeant, & soleant, quam ut litibus finis imponatur, propter damna, incommoda & dispendia, quæ ex illis resultant & generantur, ut constat ex text. in l. 4. vers. Non tamen, ff. de alienat. jud. l. 3. §. tametsi, ff. de recep. arb. l. servus 19. vers. Sed si, ff. de obligat. & action. l. 1. C. de novo C. fac. c. finem litibus, de dolo & contum. Clement. dispensationem, de iudicis, cum aliis late congestis à Luca de Penna in l. litibus C. de agricol. & censit. Catell. Cocta in memor. verb. Lites citò Sylva nup. lib. 6. n. 8.

n. 8. cum sequenti: Tiraquel. de retract. lignag. §. 8. glo. 7. ex n. 20. Tiber. Decian. respons. 70. num. 39. vol. 3. Histor. fori Roman. lib. 5. c. 17. Baldain. in prolegom. ad tit. ist. de actio Brisson. verb. litibus veri, Radulf. Forpet. lib. 3. rer. quotid. c. 1. Gilken. dist. cap. 1. num. 33. Gordin. Tusch. pract. conclus. jur. lit. l. concl. 383. & 384.

Quibus addo Themistoclem, qui ut refert Alian. lib. 6. de var. hist. lib. 3. p. mibi, 152. dicere solebat, quod si duas sibi monstrarentur viæ, una quæ ad tribunal, altera, quæ ad inferos tenderet, libentius multo hanc, quam illam ingrederetur. Quamvis hoc dictum Demosteni tribuat. Petr. Nannius in Polyanthea, verb. Regum, ad finem, pag. mibi 714.

Neque si his aliquid officit, aut tituli, de quo agimus, vires & auctoritatem comminet, nova opinio Ferdin. Menchacæ lib. 1. controvers. illustr. c. 55. n. 28. & c. 89. n. 32. ubi probare intendit, praescriptionem inter Supremis Principes locum habere non posse, eò quod iure civili inventa dicatur, d. princ. inst. de usucap. quo tunc modis Principes non ligantur, l. Principes, ff. de legib. se tantum naturali, aut gentium, secundum doctrinam Baldi in l. 1. ff. de const. Princip. Alex. cons. ult. lib. 4. col. 7. & Anton. de Burrio in capit. que in Ecclesiarum, column. penul. de constit.

Nam licet hoc argumento nimis exulcet Inognitum in tract. Mare liberum, ut refert Scraph. Freit. de linc. Asiat. c. 13. num. 2. quasi, qui nos auctoritate Hispani Doctoris convincat, ut enim dixit Claud. Mamertin. lib. 11. cap. 10. relatus à Justo Lipsio advers. Dialogist. cap. 22.

Gloriosum victorie genus est, ab eo cum quo decertem, arma capere, quæsitumque adversario, testem, illum stare & istinc dicere, Facile tamen ei responderet eodem Freitas c. 14. n. 1. praescriptionem tunc forte civili Romanorum jure originem, & temporis præfinitionem accepit, cum tamen ab aliquibus nationibus antea etiam cognita fuisset, & postea ab omnibus communi consensu recepta reperitur, juris gentium reputari debere, ex late traditis à Jas. in l. ex hoc jure, n. 46. & seqq. ff. de just. & jure, D. Covarr. in d. reg. possessor. l. p. §. 1. n. ult. & lib. 1. var. c. 5. ad fin. Pinel. in rubr. C. de rescind. vend. l. p. c. 1. Alvar. Velasc. de jure empty. q. 3. num. 2. D. Ant. Pichard. in rubr. inst. de empt. & vend. num. 19. novissimè Ægid. Bened. in d. l. ex hoc jure, cap. 8. à n. 6.

Ultra quos tunc eandem sententiam tenet Petr. Ant. Petra in tract. de potest. Princip. c. 25. n. 34. qui adversus Rebuff. defendit, praescriptionem auctenta materia juris gentium esse, argument. l. adeo, s. præterea, vers. Planè si longiori tempore, ff. de acq. rer. dom. atque adeo jus per eam quaesitum per Principem tolli non posse.

Et magis in nostris terminis Petr. Gilken. d. tract. de prescript. 3. p. c. 11. ubi ex professo contra prædictam Menchacæ opinionem scribens, ac disputans, rectè concludit, nullam sub toto Christiano nomine regionem esse, quæ usucapionem, vel praescriptionem jura, saltem propria lege, aut consuetudine non admiserit. Et tunc nedum unam, verum infinitas penè leges extate, quibus Tom. I. de Ind. jure.

edocemur, contra Principes, praescriptionis vires locum habere, sive jus Civile, sive jus Canonicum intueamus, sive spectemus personam Imperatoris, sive Romani Pontificis, ut constat ex l. in omnibus, infra quatuor, ff. de divers. & tempor. prescript. leg. 2. C. de vestigal. & commis. l. quæ relam, ff. de falsis, leg. fin. Cod. de fund. patrimo. c. cum nobis, c. ad audientiam, c. diligenti, de praescriptione iunctis aliis, quæ late congerit Abb. cons. 8. lib. 1. & cons. 63. lib. 2. Socin. regul. 28. & Card. Tusch. lit. P. conclus. 534. num. 13. & seqq. Hocque admitti etiam, & probari debere, ubi inter Reges, civitates, aut provincias liberas, contentio aliqua orta sit, quæ immemorabilis temporis suffragio sublata dicatur, sive lis sit de rebus privatis, sive de publicis, aut Regalibus, vel confinis.

Item si pactum, aut contractus Principes obligat, & Casar, ff. de publican. cap. 1. de probat. imo & vim legis habere dicitur, l. donationes, quas Dicus 26. Cod. de donat. inter. cum innumeris, quæ refert ipse idem Menchac. lib. 3. de success. creat. §. 26. ex num. 2. Cened. in collect. 167. ad Decretal. supr. dist. cap. 1. de probat. DD. in l. 1. & in l. conventionum, ff. de pactis ubi Duaren. & Joan. Horozc. & elegantissimus Ferdin. Mendoza 1. part. cap. 5. Pinel. in rubric. C. de rescind. 1. part. cap. 2. Dom. Greg. Lopez Madera, lib. singul. animadvers. jur. civil. cap. 35. Morla in empor. jur. super tit. de pactis, quest. 1. ex n. 67. Everard. Bronc. antinom. centur. 1. cap. 11. & Vincenr. Cabot. lib. 2. variat. disp. cap. 10. Cui non dicemus antiquitatis prerogativam, utriusque populo, vel Principi competere? Cum tunc veritas habeat vim pacti, & constituti, & legis, l. hoc jure, §. ductus aqua, ff. de aqua quotidian. & artiva, leg. in summa in princ. & §. 1. & l. ultim. ff. de aqua plusvis arcenda, l. quominus, ff. de summinibus, ubi Bartol. n. 99. Anton. Gabriel. commun. opin. tit. de prescript. conclus. 1. n. 78. & plurimi alii, quos refert & sequitur Brunorus à Sole in locis communib. verb. Praescriptio, pag. 874. Imò & pro veritate habeatur, secundum Glos. in l. 1. C. de servit. & aqua, l. si pupillus, §. fin. de admitt. tut. Bald. in l. cum causam, num. 5. de probat. Felin. in rubrica de prescript. num. 3. vers. Fallit, & in cap. cum accessissent, num. 48. de constit. Paris. cons. 27. numer. 33. volum. 1. Bald. cons. 13. lib. 4. Socin. consil. 86. numer. 12. lib. 1. & 166. numer. 12. lib. 2. & Peregrin. de jure fisci, lib. 8. num. 12.

Quibus tunc (& sane non minus efficaciter) adde- re possimus tantum abesse ut juris civilis regulis hoc est boni & æquitationibus adversetur, quod inter supremos Principes praescriptionum jura serventur, ut potius inter nullos alios magis custodiri & observari debeant. Nam si ratio excusandarum vel minuendarum litium inter privatos praescriptionem induxit, ut supra retulimus, longè fortius ad Principum causas eandem prorrigere convenit: cum omnes ipsorum ditiones, hac sola, ut plurimum, antiquitatis tuitione subsistant, ut diximus, supr. lib. 2. c. 6. n. 43. & seqq. & cum Bellarm. Molina, & aliis probabimus, infra cap. seq. ex n. 36. & de Indis nostris loquens Joseph. Acosta, lib. 2. de procur. Ind. sal. c. 11. & lib. 3. cap. 3. & Scrap. Freitas de Imperat. Asiat. cap. 14.

cap. 14. num. 1. & 7. Cuius t. vlt. & effectum si quis temeraria doctrina novitate convellat, nihil aliud quam bellorum semina, quibus totus mundus ardeat, in Orbem inficiet, quorum 23 t. quanta sint damna, & quam exitialia privatorumque litibus graviora late, aliud agentes, prosequimur. *infra hoc lib. cap. 6. num. 42. & seqq. & novissime ostendit. Balth. Chavas. lib. 1. de perfect. prudent. cap. 8. §. 1. pag. 365. ubi proinde bellum solis in expertis dilice appellari, inquit: t. & ita vocatum esse per antiphrasim, quod minime bellum sit, sicut Parca, quod minime parcant, & lucus, quod minime luceat, & montes minime moveantur: quam etymologiam licet inter alias probeat Joan. Fung. in *etymolog. Greco-Latino, verb. Bellum*: Casiodor. tamen, *lib. variar. epistol. 30.* à Belo Assyriorum Rege dictum existimat, quod is primus ferreum gladium produxerit, cum antea, inter ipsos quoque adversarios, non essent armata certamina, sed pugnis se lacesserent, unde & pugna nomen accepit, atque ea propter statim bellum vocat: *Consilium atrox, crudele præsidium, ferinam certationem.**

26 Et longè t. melius pios Principes facturos inquit, si per legitimos tramites persequantur, quæ ad se pertinere contendunt: *Quid enim discrepat à peccante, qui se per excessum nititur vindicare? Impenitentia est ultio, qua de legibus venit, & excellenter videtur de pulsato triumphasse, qui victor pronuntiat ad iudice.* Et lib. 7. epistol. 3. *In causa possint jura non brachia, nam cur eligant querere violenta, qui presentia probantur habere iudicia.*

27 Sed adhuc (ut audio) Incognitus urget, t. & ejusdem Menchacæ vestigiis insistens, probare contendit, neque Pontificiæ concessionis, neque occupationis vel præscriptionis titulos nostris Regibus proficere posse, saltem quoad acquirendum, vel retinendum maris, & litorum maris dominium, quod in his Occidentalibus regionibus sibi vendicant, & multo minus ad navigationes, & commercia extraneorum ad illas, & in illis interdicas, & impediendas. Eo quod, ut ipsi in-

28 quiant, hæc omnia t. jure communia sint, & sine ejus violatione, ac transgressione à nemine concedi, occupari, præscribi, vel aliis prohiberi possint, juxta text. in l. nemo igitur, ff. de rer. divisi. l. venditor, ff. commun. præd. l. usucapionem 9. & l. fin. ff. de usucap. l. quod in litore, ff. de acquir. rerum domin. l. litora 51. ff. de contrah. empt. l. 2. §. Si quis in mari, & l. litora 3. ff. ne quid in loco publ. l. injuriarum 13. §. si quis me prohibeat, ff. de injuriis, §. si quidem, instit. de rerum divisi. l. 7. lib. 29. part. 3. ibi: *No lo pueda ningun home ganar por tiempo, cum aliis, quæ ex Cicerone, Virgilio, Ovid. Plin. & aliis retulimus, supr. lib. 2. cap. 20. n. 34. & seqq. & cap. 25. ex n. 37. usque ad fin.*

29 Quibus t. arridens D. Ambros. lib. 5. Hexam. cap. 10. nimiam hanc superbiam, sive cupiditatem aliquorum Principum, qui etiam ad maris spatia suæ dominationis terminos extendere volunt his verbis notare videtur: *Spatia maris sibi vendicant jure mancipii pisciumque jura, sicut vernacularum, conditione servitii sibi subiecta commemorant: Ite, inquit, Sinus maris meus*

est, ille alterius. *Dividunt elementa sibi potentes Et de Nabuthæ cap. 3. Inducis mare intra prædialia tua, ne desint bellus, productis sinem terra, ne possis habere finitimum.* Et eodem respicit Balduin. in d. §. & siquidem, n. 3. inquit: *Quo nunc ergo jure nostri Principes, quod natura voluit esse liberum & commune, servum propriumque faciunt? Quo jure Venetis mare Adriaticum, Genuensibus Ligusticum servit?*

Verum t. his argumentis plenè, postquam hæc 30 scripseram, respondisse reperio Egid. Bened. in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure, 1. p. cap. 7. ex num. 13. & plenius Seraph. Freit. de Imp. Asiat. ex cap. 10. ad 15. dum Lusitanorum navigationes ad Indiam Orientalem defendere curant, Lusitani ambo, ambo quidem eruditione florentes, & ut cum Virgil. loquar,

Aneid. 6. Et cantare pares, & respondere parati.

Sed nos, qui de Occidentalibus agimus, ut circa eas aliquid etiam præstitisse videamur, ultra ea, quæ illis tradita sunt, breviter respondemus. Primo, non t. facile concedendum esse Incognito, 31 quod Romani Pontificis donatio Hispaniæ Regibus facta, hoc jus Indici maris, & navigationum, ac litorum ejus, etiam cum prohibitione aliorum concedere non poterit. Nam etsi hoc admittat Seraph. ubi supr. cap. 12. Nos tamen pluribus hanc Romanæ sedis temporalem in totum Orbem potestatem adstruimus, supr. lib. 2. c. p. 23. 24. & 25. ubi ipsas etiam Alex. VI. Calixti III. Nicolai V. & aliorum Rom. Pont. Bullas retulimus, quibus expressis verbis, maria quoque Indiarum, & jus aliorum navigationes in eisdem prohibendi, Castellæ & Lusitaniæ Regibus concessa videmus. Unde ut ibidem sæpè probavimus, amplius apud Catholicos inquirendum non est, cum valeat consequentia, Papa t. fecit, ergo potuit, de quo etiam 32 plenè agit Redoan. in tract. de spoliis Eccles. q. 7. §. occurrit, n. 51. & seqq. & Ant. Petra de potest. Princip. c. 3. q. 4. n. 8. Et in specie, quod ad maris etiam dominium concedendum extendatur, probat Marra de juris. 1. p. c. 26. num. 55. & magis expressè ac disertè Cam. Borrel. de præst. Reg. Cath. c. 46. n. 230. & seqq. docens t. Romanum 33 Pontificem Noè, & Christi Domini personam representare, quorum ille per arcam, hic per lignum Crucis mundum servavit, & ex investitura sibi à Deo facta, maris dominium, ac corporalem possessionem accepit, juxta illud Matthæi 8. & Marc. 5. *Quis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?* Et Luc. 8. *Hinc surgens imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna, & ambulavit supra mare.*

Neque hoc t. novum videri debet, vel solo 34 exemplo donationis Alex. VI. aut Calix. III. subsistere, cum Sereniss. Venetorum Respublica, ex similli alia alterius Pontificis Alex. III. concessione, & longa quasi possessione, Adriatici maris dominium sibi præsumat, & in eo jurisdictionem exerceat, & vectigalium commoda exigat. Inquit enim ejusdem Reipublicæ historici, & alii, qui ab ipsis acceperunt, quod cum prædictis Pontifex furorem irati Frederici Anobarbi Imperatoris fugiens, sese Venetias contulisset ibi Sebas-

bastiano Zana Duci XL. à bello, quod in favorem Pontificis contra Imperatorem gesserat, victori reverso, victoriam gratulatus, anulum aureum porrexit. *Accipe (inquit) Clane me Auctorem ipsum mare hoc tibi pignore obnoxium reddito, quod tu, tuique successores quot annis statuto die servabis, ut omnis posteritas intelligat maris possessionem jure belli vestram esse quandoquo facta, atque uti uxorem viro, ita illud vestro subjacere imperio.* Cujus tam memorandi facinoris solemnia à Principe Venetorum, à Senatu, & universò Magistratum ordine, purpura & ostro Induto, maxima pompa solemnique apparatu, ingenti civium, ac multarum cymbarum frequentia, apud litora maris singulis annis Ascensionis Dominicæ die peraguntur, & aureo annullo Neptunum, mare ipsam, ut uxorem viro sibi despondent, & subarrhant, ut latè recensent Ant. Sabel. decad. 1. hist. lib. 7. Villamont. lib. 1. sua peregrinat. c. 34. Petr. Justin. & Gabr. Simcon, lib. 2. hist. Venet. Gasp. Contaren. lib. 1. de Rep. Venet. Nicol. Dolion. in compend. hist. part. 3. Vannoz. 3. part. Polit. num. 8090. Ludov. Grotus Cæcus Adriæ, orat. 7. fol. 38. pag. 2. Martin. Delrius disq. Magis. lib. 4. c. 2. q. 6. sect. 3. & novissime eum transcribens Balth. Chavas. de perfis. prud. lib. 1. cap. 9. pag. 211. Qui tamen tres ultimi Auctores concessionis verba paulò aliter referunt, & Imperatorem, Pontifici adversum, non Fridericum, sed Othonem ejus filium fuisse perperam tradunt. Et ex nostris juris Interpretibus, ejusdem donationis mentionem faciunt Petr. Greg. lib. 3. Syntag. cap. 3. num. 1. Marc. Mantua in Enchirid. rer. singul. c. 104. Angel. Matthæac. de via & nationis jur. cap. 36. num. 18. fol. 72. & Thad. Piso Toac. in §. & siquidem inst. de rer. divisi. qui allegat Glos. in l. usum aqua, C. de aqueductu, & Iacobi Camill. Borrel. d. cap. 40. num. 233. Peregrin. de jure fisci, lib. 8. num. 18. & seqq. Joan. Bapt. Lup. in tract. de illegit. comment. 3. §. 3. num. 12. Seraph. d. cap. 10. num. 32. Cardin. Tusch. præf. conclus. jur. tom. 8. verb. Venetiarum, conclus. 78. & seqq. & melius Franc. à Ponte in tract. de potest. Prærog. tit. de viremit. num. 41. & sequentib. & eruditissimus & numquam satis laudatus Dom. Regens Joan. Baptis. Valenzuela Velasquez consil. 100. num. 56. ubi benè advertunt, & notant, mirum videri quod hujus concessionis, nec à Romoaldo, Othone Frisingensis, Gothifrid. Viterbiensi illius temporibus, neque à Platina in vita dicti Alexandri III. aut à recentioribus Chronologis mentio aliqua facta fuerit. Et ego addo, apud Illustrissim. etiam Cardin. Baron. nullatenus reperiri, quamvis totum ferè duodecimum totum Annal. Eccles. in vita & gestis hujus Alexandri III. consumat, & anno 1177. §. 6. & 18. de ejus fuga in Venetias agat, & de Rosa aurea, & aliis gratis & indulgentiis Sebastiano Zanco, & Reip. Venetorum ab eodem Pontifice concessis.

35 Secundò respondeo, t. regulariter quidem verum esse, quod Incognitus tradit, mare nimirum & maris litora, & navigationum, ac commerciorum jura omnibus communia esse, nullumque sibi harum rerum dominium, vel proprie-

tatem usurpare, vel occupare posse. Neque enim tam latum & immensum æquor integrum possessionem, vel occupationem privatorum admittit, ut benè observat Wesemb. in §. 1. num. 4. instit. de rerum divisiõ. Hoc tamen non impedire, quin Imperatores, Reges, & alii supremi Principes, protectionem & jurisdictionem marium, & litorum suis imperiis adjacitionem habeant, & cum inhibitione etiam aliorum exerceant, inibique leges statuant, vectigaliaque, & portagia, prout sibi justum visum fuerit, imponant, & exigant. Quo respectu, nihil magis frequens, aut vulgare inter utriusque juris Doctores esse videtur, quàm maris imperium, ad illum supremum Principem pertinere, qui in Continenti proxima imperat, ut etiam tetigit d. lib. 2. c. 6. c. 22. ubi plures ad hoc Auctores adduxit, & ultra eos, idem graviter & doctè prosequitur Baldus consil. 51. *Queritur an Florentini, n. 2. lib. 4. probans mare dici de districtu illius civitatis, vel loci, qui continet cum mari, in quantum se extendit territorium terræ prope mare.* Et hoc etiam prosequitur idem Bald. in l. cum proponas, de nautico fœnore, ubi de collectis & vectigalibus loquitur. Et absque dubio in mari Mediterraneo procedere docent glossa & Bartol. in l. sanè si maris, ff. de injuriis. Jas. in d. l. ex hoc jure n. 27. ubi loquitur de Gulpho Venetorum: Hippolyt. de Marsiliis in l. fin. de jurisdic. omn. jud. n. 183. Matth. de Afflic. in tit. que sint Regalia, verb. Vectigalia: n. 101. Belluga in Speculo Princip. rubric. 30. Anton. Corser. singul. 154. verb. jurisdic. Joann. Garcia de expens. cap. 21. num. 34. & 35. Cancr. 1. part. varias. cap. 13. num. 236. Raudens. decis. 8. num. 2. Wesemb. in §. insula, inst. de rerum divisi. Sixtin. Regner. de Regalib. lib. 2. cap. 4. Cabed. decis. Lusitan. 2. p. decis. 46. & 47. Calist. Remir. de leg. Reg. Aragon. §. 30. n. 21. & 22. Peregrin. d. lib. 8. de jure fisci, num. 4. & seqq. Valenzuela plures alios recensens d. cons. 100. num. 55. & latè Osac. decis. Pedem. 155. ubi loquitur de Duce Sabaudia, qui imposuit pedagia, & vectigalia in suo mari, & cum prohibitione aliorum ibidem jurisdictionem exercet.

Prout t. & faciunt, & facere possunt, juxta 36 sententiam eorundem Auctorum Veneti in mari Adriatico; Genuens. in Ligurico, Romani in Thyrrheno, Græci in Fovio, & Ageo, Galli in Narbonensi, & Hispani in Indico Orientali & Occidentali, quia t. mare & aqua veniunt sub nomine territorii, argm. text. in l. venditor, ff. com. præd. in l. insule Italie, cum ibi notatis, ff. de iudicis, l. inter eos cum seqq. ff. de acq. rer. dom. l. nationem, §. 1. & l. portus, ff. de verb. sign. l. 1. §. statio, ff. de flumin. l. 1. §. fin. ff. de rer. divisi. c. licet, ubi gloss. & Bald. n. 2. de fisis, c. unie. que sint Reg. in usib. feud. & eorum que tradit gloss. verb. Territorium, & post eam Geminian. & alii in e. ubi periculum, de elect. lib. 6. cap. ex literis, ad finem, de probat. cap. accedens el. 2. ad fin. ubi etiam Bald. in fin. ut lite non contest. Felinus in c. Rodolph. n. 12. & seqq. de rescript. Decius in d. l. fin. de jurisd. num. 9. Bald. in l. beneficium col. 2. de constit. Princip. Ruin. cons. 18.

18. n. 6. lib. 1. Roder. Suar. allegat. 17. per totam: Anton. Vacca, in l. 2. ff. de verum divo. Menchaca lib. 2. de controvers. illust. c. 9. Marin. Freccia de subfau. lib. 2. tit. quis dicitur Dux vel March. num. 4. & 5. fol. 119. Camill. Borrel. de pract. Reg. Cathol. cap. 9. ex n. 45. & cap. 46. ex n. 227. & in sum. decis. tit. 41. de jurisdic. omn. n. 115. fol. 158. Benevent. Stracca de navigat. n. 6. Ponte ubi supra n. 41. & seqq. Sixtin. Cabedus, & Valenzuela ubi supra: Bobadill. in Polit. lib. 4. c. 2. n. 69. & cap. 5. n. 6. Matthæac. d. c. 36. num. 11. & 14. & latissime Peregrin. d. tit. 8. num. 9. cum seqq. Egid. Bened. & Seraph. Freitas in locis supra relatis: & Petr. Greg. omnino videndus, lib. 9. de Repub. c. 1. n. 27. & lib. 1. Syntag. c. 3. n. 5. & lib. 3. c. 14. num. 7. ubi hujus rei elegantes rationes adducit, & mari semper a vicinis locis nomina tribui probat, nulla in parte oportere severius & accuratius legum aculeis delinquentium peccata compescere, quam in mari, & maritimis regionibus, propter gravia & frequentia nautarum, & incolementum facinora, & inhumanam ac feram eorum naturam, quæ veluti ex sanguinoso humore contracta, quæ in illis dominatur, mentem obnubilat, atque obnoxia quæque impellit; prout etiam animadvertit Levin. Lemn. lib. 5. de occult. nat. mirac. c. 16. Quibus mire convenit Innoc. in c. cum ad sedem, de restit. spol. cujus doctrinam refert, & sequitur Tiber. Dedian. respons. 12. 7. n. 25. vol. 3. ubi ait, quod si Princeps concedit castrum, intelligitur concedere & territorium, & omnia emolumenta, quæ ex eis quoquomodo capere poterat, tam in terra quam in mari, & in aquis.

41 Et hoc non solum ad propinquam maris regionem, vel intra centum milliaria contrahendum est, ut sentire videtur Bart. in tract. de insula, 3. nullus, n. 1. Paul. Castr. in l. Cesar de publ. & vellig. & Hieron. de Monte in tract. de fin. regund. c. 9. n. 3. quos sequitur Gomez de Leon. allegat. 12. n. 2. verum etiam ad valde remotam; si tamen nulli alii propinquior sit, ut bene ostendit Roder. Xuar. dict. alleg. 17. col. 2. & Cabed. dect. 47. num. 3. argum. text. in l. unic. Cod. de classis, quam non esse alibi inquit Bartol. ibid. & ejus noranter meminit Angel. in dict. leg. sanè si maris, ff. de injuris: idem Bart. in d. l. Cesar, de vellig. & Cepola in tract. de servit. tit. de mari, c. 26. Qui inde subinferunt, non solum in arida, sed etiam in mari fines reperiri, & terminos assignari posse, juxta doctrinam Bald. in l. ult. in fin. C. de inst. & subst. & aliorum, quos refert Egid. in d. l. ex hoc jure, l. p. c. 5. n. 5. Quamvis Corneus cons. 273. n. 22. vol. 1. quem sequitur Hieron. de Monte in d. tract. de finib. c. 39. n. 2. in mari non esse confines, sed pertinentias deceat, quia aqua communiter uniformis est, & quid pertinentiarum nomine veniat, latius exponat, cap. 80. per tot. & c. 90. n. ult.

43 Possumusque in prædictarum confirmationem, optimum aliud exemplum adducere, ex æcis elemento peritum, quod licet naturaliteriam jure commune omnium esse dicatur, in §. & si quidem, inst. de rer. divis. cum similibus; unde Ovid. lib. 6. Metam. inquit,

Nec Solem proprium natura, nec aera fecit.
Et alibi
Omnia si teneat, non possidet aera Minos.

Nihilominus tamen omne cœlum quod est super nostras domos, vel fundos, quasi occupatione nostrum quoque esse censetur, l. fin. ff. de servit. l. altius, C. eod. l. pen. & l. fin. §. penult. ff. quod vi aut clam; & idè prohibere possumus eos, qui nos hujusmodi jure uti impediunt, vel in agros nostros, etiam spatiandi, aut aëris capiendi gratia, ingredi volunt, l. per agrum 11. C. de servit. & aqua, l. ut pomum, ff. eod. & post Coïna. quem refert, & observat Osuald. in notis ad Donel. H. b. 4. c. 2. lit. C. & Freitas d. c. 10. n. 44. & 45. ubi hinc notabiliter infert, juxta Neapoli dect. 44 sum fuisse, ecclesiastica immunitate quendam delinquentem gaudere debere, qui in aère ex fenestra pendens, quæ supra Ecclesiæ coemeterium erat, comprehensus fuit. Ac proinde legitimus, aliquos Imperatores pro aère etiam & pro umbra tributa à subditis exegisse, ut tradit Cujac. liber. 10. observ. c. 7. & Petr. Greg. lib. 3. Syntag. cap. 10. n. fin.

Er in hunc sensum accipi potest. quod Imperator Antonius scripsit in l. deprecatio, ff. ad l. 46. Rod. de jactu, dum se mundi dominum, & maris legem appellat, ad quam ferendam, certum est jurisdictionem fuisse imperium loci, qui promulgatur, desiderari, ut post alios docent Suarez de legib. lib. 1. c. 8. & Salas, disp. 7. sect. 1. Quod doctè advertens Alciat. lib. 2. disput. c. 5. periculatum esse inquit, quod ibidem aliqui ex antiquioribus tradiderunt, nempe maris imperium non spectare ad Imperatorem. Et Petr. Gregor. d. lib. 1. Syntag. cap. 3. num. 5. Ultra leges antiquas de mari & navigatione à Rhodis laras, qui maximè freta sulcabant, de quibus loquitur Anton. & D. Isidor. in cap. Rhodæ leges, 2. distinct. postea & has approbatas, & alias plures de naufragio, & rebus maritimis à Romanis Nomonethis promulgatas, ostendit in l. quo naufragium 3. ff. de incend. ruin. naufrag. l. fin. C. de furt. & in titulis C. de naufrag. de nauticular. de nautis Tiberinis, de classicis, & alibi passim.

Er hac propter, jam ex communi totius Orbis observatione, mare, & litora maris, quodammodo in dominio & jure Principum, & Magistratum haberi cepisse, optimè advertit Hubert. Giphanus in l. 50. n. 4. ff. de acq. rer. d. m. Joan. Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 12. pag. 267. Rebuff. in l. litus 96. ff. de verb. signif. Petr. Greg. dict. lib. 3. Syntag. c. 14. n. 7. Osuald. ad Donel. lib. 4. c. 2. lit. E. & Peregrin. omnino videndus d. lib. 8. n. 2. & sequent. & n. 11. & 16. ubi probat, quod mare possidet, qui in eo jurisdictionem & imperium habet, ut per Bartol. in tract. de alveo, in §. publica: Cepol. in tract. de servit. c. maris, n. 9. & Jacobin. de feud. verb. Et cum fluminibus, n. 10. Et quod in mari potest dari imperium, & jurisdicção sicut in terra, cum fundamentum sit in suo alveo, & idè in terra, cum terra sit inferior Sphæra: ut tradit Bald. in dict. rub. de rer. divis. n. 2.

Quod antiquitus etiam invaluisse satis ostendit D. Ambros. in loco sup. n. 29. relato, dum inquit, Dividunt elementa sibi potentes. Neque abest

abest Virg. lib. 1. Æneid. ubi Romanos maris imperium habituros, his verbis vaticinatur:

Certe hinc Romanos olim volentibus annis,
Hinc fore ductores, revocato à sanguine Theueris,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.
Et Augusto Casari blandiens i. Georgico.
= Tua nautæ
Numina sola colant: tibi serviat ultima Thule,
Teque sibi generum Theiris emat omnibus undis.

Cui similis est Claud. in 4. panegyri. de Consulatu Honorii, cujus, & aliorum mentionem fecimus supra lib. 1. c. 6. n. 6.

Subdit Oceanum sceptris, & margine calis
Clausi oper.

52 Et his certior, & antiquior testis Ezechiel. c. 27. vers. 4. ubi de Tyro insula loquens, eam in maris corde sitam inquit, & quod se ejusdem maris dominiam esse gloriabatur. Unde & adagium natum est, Tyria maria; quod explicans Fest. Pompejus lib. 19. de verb. signifi. inde deductum esse ait: Quod Tyro oriundi Pœni, aded potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus navigatio esse periculosa. Refert etiam Strab. lib. 10. Geogr.

54 primum mari imperasse Minœm. Quod Diod. Sicul. lib. 6. Neptuno tribuit, quem, ob id solum, quod primus navigandi arte inventa, per mare classem induxit, ejus Dominum, & Imperatorem fuisse antiquitas fabulatur, prout etiam adnotat Servius in illud Virg. 1. Æneid.

Non illi imperium pelagi, sævumque tridentem,
Sed mihi sorte datum.
Et Silius Ital. lib. 7.
Talibus alloquitur Regem maris.

55 Quamquam alii aliter sentiant, & navium inventionem, quibusdam Noacho junioribus tribuit, ut refert Polyd. Virg. lib. 3. de invent. rer. c. 15. & Petr. Greg. d. lib. 1. c. 3. n. 5. Quæ omnia tamen cum in aliis Principibus ita se habeant, longè planius & securius in Catholicis nostris Regibus admitti, & probari debebunt, ut bene observat Camil. Borrel. d. c. 146. n. 227. cum solido illo Pontificiæ concessionis jure nitantur, de quo sæpè loquuti sumus, & ob primas, & antiquas ignoratas, continuisque classibus repetitas per vastum Oceani æquor navigationes, ejus Domini, & Imperatores, melius quam Neptunus, appellari potuerunt, de quo etiam diximus alia d. lib. 1. c. 16. & lib. 2. c. 4. ex n. 30.

57 Tertio respondeo, quod licet demus mare, & litora maris quoad proprietatem in nullis bonis esse, neque esse posse, ut concludunt jura pro contraria parte citata, usus tamen & eorum omnibus hominibus communis est, ut inquit J. C. in l. 4. ff. ne quid in loco publ. Just. in §. 1. inst. de rer. divis. late Cepola dict. tract. de servit. rust. cap. 26. & 27. & Rebuff. in d. l. litus 96. ff. de verb. sign. vers. 3.

58 Ea autem quæ sunt communia, prævenienti, & præoccupanti cedunt, regul. qui prior, de reg. jur. in 6. ubi Petr. Pech. §. flumina, inst. de rerum divis. cum aliis. Unde cum Reges nostri hanc Oceani Indici navigationem, & negotiationem primi occupaverint, & tot sumptibus, ac

per tot annorum curricula, privativè, atque etiam cum inhibitione aliorum Principum exercuerint, merito in eadem tuendi, & præferendi sunt, ut diximus supra lib. 2. c. 25. n. 63. & seqq. & pluribus prosequitur Lud. Rom. cons. 47. visis necessariis, ubi probat in bonis ad quæ plures jus æquale habent, eum qui prævenit, vel præoccupavit præferri. Et idem in duobus, vel pluribus procuratoribus, vel executoribus testamenti in solidum datis, quod is, qui præoccupat, jus sibi quaerat, & ceteris exclusis solus agere possit, late etiam tradit Feder. de Senis, cons. 124. in fine, & cons. 130. in princip. quos refert, & sequitur Cardin. Tusch. littera P. verb. Præoccupatio, concl. 517. Et potest non minus aptè subjungi celeberris doctrina Innocent. in c. dilecto ad fin. de offic. Archidiaconi, cujus in terminis nostræ quæstionis meminit Egid. Bened. d. cap. 3. num. 15. Qui docet, & ex eo solo, quod quis solitus fuerit aliqua jura exercere in loco, quem non constat esse de alterius jurisdictione, videri acquirere locum, ut sit ejus jurisdictionis, & ut ibi omnia jura acquirat de cætero.

Quod certius esse, ubi præoccupatio fit per supremum aliquem Principem bene observat Donel. lib. 4. comment. cap. 2. Wesemb. & Claudius Canticula in d. §. 1. & Ssystema inst. de rer. divis. quos refert, & sequitur Freitas d. cap. 11. n. 5. & urgeter comprobatur text. in litora, ff. ne quid in loco publ. ibi: Litora maris, in quo populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror, ponderando genitivum, qui ex sui natura dominium, & proprietatem arguit, ex plene traditis à Doct. in rub. ff. de novi oper. nuntiat.

Er multo magis certum ubi præscriptio non est temporis post eandem occupationem accessit, cum hæc etiam in privatis ad usum in aliquibus ipsius maris partibus acquirendam, & alios prohibendos sufficiat, esto quod totum ob sui immensitatem possideri & occupari non possit, & iidem Auctores advertunt, & expressè ostendit Marcian. §. J. C. in leg. si quis quam 7. ff. de divers. & tempor. præscriptio. sic inquit: Si quisquam in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus sit; alterum eodem jure uti prohibet, & Paul. in l. sanè si maris 14. de injuriis, ubi sic ait: Sanè si maris proprium jus ad aliquem pertineat, uti possidet is interdictionem ei competit, si prohibeatur jus suum exercere: ubi glossa explicans illud verbum, Pertineat, inquit Per privilegium, vel per longam consuetudinem, & allegat dict. l. si quisquam. Et idem observat Bartol. ibidem, Baldus de præscrip. 4. part. 5. principal. quest. 6. num. 6. Gregor. in l. 2. tit. 7. part. 3. gloss. 2. & in l. 11. tit. 18. part. 5. gloss. 4. Covarrub. dict. reg. peccatum, 2. part. §. 7. numer. 10. Mantua lib. 1. locorum cap. 19. & Freit. dict. cap. 10. ex num. 21. ubi num. 29. rectè notavit, f illo interdictione, de quo loquitur Paulus, quoad Principes ejusmodi jure occupantes, & præscribentes opus non esse, cum ipsi jus sibi in propriis causis dicere soleant, ex traditis à Molina de justit. & jure, tract. 2. disput. 103. vers. Quare.

Quibus non obstat f difficile, & ex diametro oppositum Papiniani responsum in l. ultim. ff. de usucap. quæ maxime incongruus pignat, dum in-

inquit: Præscriptio longæ possessionis ad obtinendam litem jure gentium publica concedi non solet, &c.

Nam inter varias solutiones, quas pro hac antinomia componenda refert Curtius Brugens. lib. 1. c. 54. Conann. lib. 3. comm. c. 15. num. 1. Joan. Robert. lib. 1. recep. sentent. c. p. 17. Charond. lib. 1. c. 21. Fachin. lib. 11. controvers. cap. 1. Domin. Anton. Pichard. in S. flumina, insit. de rerum divois. & in S. sed aliquando, insit. de usucapion. Genoa Pasera in conciliat. leg. pag. 303. & sequentibus, novissimè Seraph. Ffcit. ubi supra, cap. 11. num. 16. & cap. 13. ex num. 15. & 37. & nos Salmantice viginti quatuor, & plus ab hinc annis in frequentissimo & florētissimo Gymnasio dictavimus. Responderi potest Papinianum f. l. bo. in casu accipiendum esse, quo quis, quæsitum semel longa possessione jus, & exercitium piscandi illud iterum non utendo amisit. Nam id nulla actione recuperare poterit, quia posquam eo jure uti, & piscari in mari vel in flumine desit, locus ad causam publicam rediit, & rursus occupantis fieri cœpit, juxta leg. quod in litore 14. ff. de acquir. rerum dominiis, & in l. in tantum. ff. de rerum divois. Quod apud Marciam in f. dicit. l. si quisquam, contra se habet, cum de eo loquatur qui & pluribus retro annis piscatus erat, & in actu & possessione piscandi non interrupta morabatur. Hic enim propter naturalem, & permissam jure gentium occupationem loci, juxta dictam, §. flumina, & jura similia, alios rectè prohibere poterit.

Quam interpretationem ex Joanne refert, & probat. Accur. in dicit. juribus, Bartol. in l. quominus, num. 30. Jas. 99. Ripa 101. ff. de fluminibus. Cepola de servitut. rust. cap. 42. num. 4. Bald. de præscript. 4. part. 5. princip. question. 6. Dec. consil. 271. num. 11. Egid. Bullam. consil. 7. per totum, Roderic. Suarez allegat. 16. & 17. Costan. quest. jur. cap. 17. num. 36. Cujac. & Gothofred. in dicit. l. final. Zas. in 2. part. antinom. Theodor. Straitman. antinom. 3. Craveta de antiquit. tempor. part. 4. cap. 5. num. 80. Avendañ. de exequend. mand. cap. 12. num. 16. Dom. Covarrub. in regula peccatum, §. 8. num. 10. Everard. Froncorst. cent. 4. antin. 30. & Genoa, ubi supra, num. 34. Qui omnes late pertractant, an hæc piscandi possessio, facti, & actualis esse debeat? An verò quasi possessio aliqua hujus juris constituatur? & quo tempore: & quibus actibus jus alterum prohibendi acquiratur? Et do- cent. justissimam esse f. legem primam, secundam, & similes, tit. 8. lib. 7. noxia Recopil. quæ propter bonum publicum certis casibus venationem aut piscationem prohibent. Et similiter pacto, aut privilegio Principis posse prohibitionem induci, juxta dictam l. venditor. 14. ff. comm. prædior. Glos. receptam, in dicit. l. si quisquam, & in dicta leg. sanè si maris: De quibus est etiam videndus Zouanet. in tract. de duplici venat. ex num. 36. Sor. lib. 4. de justitia & jure, quest. 6. artic. 5. Tusch. præct. conclus. jur. litera V, conclus. 41. & litera P, verb. Piscandi jus, conclus. 358. & verb. Princeps, conclus. 678. Andr. Gail. lib. 2. præct. observ. cap. 68. & late Peregrin. dicit. lib. 8. de jure fisci, versis. Piscationes, n. 34.

& sequentibus, Tiraq. de nobilitate, cap. 37. numer. 159. Petr. Heig. miscellan. quest. 1. part. quest. 15. num. 44. & 45. Rosenthal. in tractat. de feud. 1. part. conclus. 24. cap. 5. Menoch. consil. 498. num. 30. volum. 4.

Juxta f. quæ omnia pariter concludendum videtur, non esse mirum si Princeps possit hujus Indici maris navigationes & negotiationes exteris prohibere, cum privati, similia jura, longa sibi possessione quæsita, interdictis, & aliis actionibus defendere possint, de quo alia diximus supra lib. 2. cap. 25. & obiter probat Calist. Remir. de lege Regia Aragon. §. 30. num. 21. & Freit. dicit. cap. 13. & in simili Peregrin. dicit. lib. 8. numer. 14. ubi loquens de jure maris Adriatici Venetis pari præscriptione, quæsitio, inquit, quod ratione superioritatis, & jurisdictionis, quam ibi habent, potest Princeps Venetus navigantibus per mare Adriaticum indicare gabellas, leges præscribere, navigationes permittere, & prohibere, & si adversus præscripta factum fuerit, merces confiscare, ex doctrina Rainerii, & Angeli in dicit. l. sanè si maris, & latius ejusdem Angeli consil. 289. Bald. in dicta rubrica de rerum divois. num. 2. Angel. Aretin. in §. 1. institut. eodem, Cepol. dicit. titul. de mari, numer. 10. Jas. in l. ex hoc jure, num. 27. de justitia & jure, & in l. quo minus, num. 41. C. de flumin. Quæ etiam ratione Salicet. in l. 3. C. de naut. favore, eleganter dixit valere decretum Venetorum, quod navigantes per mare Adriaticum præsentare debeant Venetis merces, & ibi solvere datia, quem sequitur Bertachin. in tractat. de Gabellis, 1. part. num. 20. & Ripa in l. si insulam, num. 22. ff. de verb. et nimirum ratione utentes, quia sunt Domini maris.

Quartò & ultimò respondeo, quòd licet superiora deficerent, non posset, nec deberet hic Regum nostrorum titulus amplius in dubium vocari, cum ad hoc jus, de quo agimus, sibi querendum non tantum longi, aut longissimi triginta, vel quadraginta annorum præscriptionem allegare possent, quæ sola eis f. sufficere posset, præsertim titulo Pontificia concessionis innixa, etiam in casibus in quibus jus resistit, juxta text. in cap. 1. ubi Gloss. de præscription. lib. 6. junctis aliis, quæ congerit Bald. in d. tract. de præscript. 4. part. 5. princip. q. 6. num. 6. & Molina de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 52. Sed f. per spatium plus quam centum & triginta annorum, in continua, & indesinenti quasi possessione, & consuetudine esse reperiantur, ut soli per hæc maria ad Regiones utriusque India navigarent, & exteros ad earum portus accedere volentes, arcent. Centenaria f. quippè præscriptio est potentior, quam immemorabilis, ex communi opinione, quam refert & sequitur Covarrubias, dicta regula possessor, 2. part. §. 3. n. 7. Anton. Gabriël. in titulo de præscription. concl. 1. num. 71. & 73. Gregor. Lopez in l. 15. tit. 31. part. 3. verb. Puede, Molina ubi supra, num. 44. Mascard. de probat. conclus. 429. & Craveta de antiquitate tempor. 4. p. §. absolutis, num. 1. Porro, per immemorabilem non f. solum usum, verum f. & dominium maris, & litorum publicorum acquiri, & præscribi posse communis etiam esse Doctorum opinio per text. & Glos. in l. diligenter,

ter, & in l. usum aquæ, Cod. de aquaduct. & in dicit. l. final. ff. de usucap. & in l. hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. cap. super quibusdam, §. præterea, de verb. signif. quam post alios sequitur Bartol. in l. filius, ff. de Decurionib. Bald. dicta q. 6. Paulus Fusc. in singul. utriusque jur. litera A, n. 81. fol. 24. Franc. Marc. dec. Delph. 2. part. quest. 110. num. 12. & Joan. Oinotom. in dicit. §. 1. init. de rerum divois, ubi ait

75 Venetos in mari Adriatico jurisdictionem hujusmodi præscriptione consequutos fuisse, unde & novas gabellas transcuntibus per eorum mare imponere possunt, secundum Bartol. & Angel. in dicit. l. injuriarum, §. si quis, ff. de injuriis, & quod ita etiam in Borussia non licet omnibus legere succinum in litore maris, sed soli Principi, & idem resolvit Peregrin. dicit. lib. 8. n. 10. in quibus, quòd ubi datur inveterata jam, & immemoralis ejusdem maris libera possessio, ex hac sola concedunt Auctores Jurisprudentes, superioritatem, & jurisdictionem in mari, & litoribus maris à Principibus liberis acquiri posse, juxta glossam celebrem in dicit. l. sanè si maris, ff. de injuriis, & ex qua Ruinus, Bartolus & Angel. peccatum notantur, quòd Domini Veneti per inveteratam consuetudinem sibi quæsierunt potestatem, superioritatem, & jurisdictionem maris Adriatici. Quibus conveniunt alia, quæ ipse idem Peregrinus antea tradiderat lib. 1. tit. 1. num. 17. & 18. quæ postea magis notabiliter subdit d. lib. 8. num. 23. ubi in quæstionem vertens, an Principes possidendo per inveterata tempora mare in universum, acquirant sibi proprietatem maris, tandem concludit: Quòd licet verum dominium, vel possessio maris, per viam naturalem dari non possit, quia materia est liquida, fluxibili, & refluxibili. Quia autem in mari duo occurrunt, quæ humano usui servantur, navigationes & piscationes, quorum respectu considerari possunt jurisdictionalia & regalia quæ in terrenis exercentur, veluti creare Magistratus, jus dicere, belligerare, vetare, permittere, gabellas indicare, penas inobedientibus infligere, & alia hujusmodi: hæc quidem omnia Principes in mari superioritatem habentes, exercent, & per immemorabile tempus, etiam privative ad alios quærere possunt.

76 Habet enim f. præscriptio immemoralis vim tituli, & specialis privilegii, ut in dicit. §. ductus aquæ, & in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua pluviæ, & idem in illa non requiritur tituli ostensionem, nec probationem quasi possessionis, aut scientiæ & patientiæ adversarii, probat latissime Jas. cons. 208. & 209. Dec. cons. 85. num. 2. Roland. cons. 66. num. 43. volum. 1. Anton. Gabr. dicit. consil. 1. n. 59. & 62. Bald. d. tract. de præscript. 2. part. 3. princip. quest. 6. num. 25. & 26. Peregrin. ubi supra, num. 12. & innumeris aliis, quos refert Paul. Fuscus in sing. verb. Tempus, numer. 3. fol. 341. Ludolph. Serad. cons. 3. n. 222. Camil. Borrell. cons. 3. num. 29. & Brun. à Solè, in locis communib. verb. Præscriptio, num. 5. fol. 874.

77 Et hæc f. præscriptio immemorabilis, vel centum annorum, nunquam censetur exclusã, aut remota, quamvis lex, vel statutum per verba universalia negativa loquatur, & caveat, quòd nulla currat præscriptio, ut bene docet Anton. Tom. I. de Indiar. jure.

gel. per text. & Glos. ibi, verb. præscriptio, in authent. ut de cetero commutat. non fiant. Alexand. in l. nemo potest, colum. ult. de legat. 1. Felin. in rubr. de præscript. colum. fin. Dec. cons. 271. & consil. 496. Abb. cons. 26. lib. 2. & Brunor. ubi supra, num. 4.

Quibus f. non obstat alia oppositio, quam facit Incognitus, dicens, in nostris Regibus bonam fidem defuisse, quæ de jure canonico in omni præscriptione etiam centenaria, aut immemoralis secundum magis communem opinionem desideratur, cap. vigilant, & cap. ult. de præscript. dicit. regula possessor, de regul. jur. in 6. cum late traditis à Craveta de antiq. tempor. §. materia, num. 19. Covarr. in dicit. reg. possessor. 2. part. relect. §. 8. num. 5. Fachin. lib. 8. controvers. cap. 26. & 33. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1213. num. 46. & Petr. Gilken. dicit. tract. de præscript. 2. part. membr. 2. cap. 1. num. 6. Nam non desunt plures Auctores haud contemnenda eruditionis, & nominis, qui in ejusmodi præscriptione illam minime requiri constituunt, ut constat ex Saliceto in l. 2. C. de servit. & aqua, num. 8. Bald. cons. 352. colum. 2. Dec. cons. 496. num. 5. & in l. traditionibus, n. 12. C. de pact. Nicol. Boer. dec. 39. num. 7. cum aliis relatis ab Anton. Gabr. lib. 5. commun. opin. tit. de præscript. concl. 1.

Ac præterea f. negamus, prædictos Reges ac Dominos nostros, ullo tempore malam fidem habuisse, cum contrarium certius & evidentius sit, ex titulis & rationibus, quas tota hæc tractatione discussimus, & in eisdem nostris terminis probant, & prosequuntur Egid. Bened. dicit. cap. 3. n. 25. & seq. & Seraph. Freit. d. c. 3. ex numer. 43. & cap. 14. ex num. 38.

Quæ rationes ut etiam supra tetigimus in fine capituli præcedentis, licet usque adeo certæ, & securæ non essent, sufficere tamen possent, ad hoc ut ex illis bona fides induceretur, argum. text. in l. igitur, ff. de liberali causa, ibi: f. iustis rationibus ductus, vel non justis, & eorum quæ notat Bartol. in l. Celsus, num. 13. ff. de usucap. Menoc. de recuper. poss. rem. 13. num. 3. & Mascard. conclus. 224. n. 17. Maxime cum bona fides semper intervenire præsumatur, ex diligenti, & ultim. de præscript. Covarr. d. §. 8. n. 2. Petr. Surdus cons. 73. num. 50. lib. 1. præsertim concurrente præscriptione immemoralis, quæ efficit, ut de tali bona fide amplius disputari non possit, nec probatio in contrarium admittatur, ex Salicet. ubi supra. & Gabr. num. 50. Burg. de Paz consil. 15. num. 33. Bursat. consil. 48. numer. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. numer. 50. & Gilken. dicit. c. 1. num. 21. & seqq. qui ita in concordiam contrarias Doctorum opiniones adducit.

Quibus f. adjicio, quòd etiam si dubiam conscientiam haberent, adhuc bonæ fidei possessores judicandi essent, ex his, quæ post longam disputationem resolvit idem Gilken. d. 2. part. mem. 2. cap. 2. ex num. 132. & ultra relatis ab eo magistratraliter Bald. cons. 298. vol. 1. ubi f. ait: Quòd conscientia dubia non dicitur conscientia nec producta dolum, quia non habet ubi figat pedem intellectus, & in dubio possessor portus debet sibi ipsi favere quam dissuadere. Et ibidem, num. 9.

10. subjungit: Quod dubitans semper interpretatur bona fides, si quam habet occasionem dubitandi; quoniam equiparatur ei qui ignorat rem alienam, l. manifestissimi, s. si autem dubium, C. de furtis. Cui simile est etiam quod tradit in l. 1. num. 16. C. de falsa causa adiecti. leg. nemp: Quod error, & titubatio differunt, quia errans figit intellectum suum in falso, sed dubitans est equalis inter contrarias persuasiones, ut notatur, ff. de testam. l. de statu, & l. fin. C. de condit. indeb. Circa quem articulum aliqua item notat Craveta cons. 412. num. 7. & Nos infr. cap. 5. num. 28. & seqq.

82. Ad alia autem argumenta quæ ab eodem Incognito expendi videntur d. leg. ult. ff. de usu cap. & doctrina Paul. Castrens. ibid. & d. l. 7. tit. 29. part. 3. recte respondere Freitas dicit. capit. 14. Et ad illud quod additur, hanc præscriptionem immemorabilem dici non posse, cum in historiis extant, & passim legantur & repetantur initia, & progressus detectionis, & acquisitionis Indiarum, satisfaciunt Aigid. Bened. dicit. capit. 3. num. 25. & seq. probans, non requiri ad immemorabile, quod rei, de qua agitur, non extet memoria, sed quod non sint homines, qui initii recordari possint. Unde cum pauci sint, qui ultra centum annos excedant, ut in l. an usufructus, ff. de usufr. & in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. jam constat immemorabilem esse hanc, quæ ut diximus, plus centum & triginta annorum curriculo innititur, cum indesinenti quasipossessione, qua simul præscriptum est, ut alii prohiberi possint, ut in simili probat Gilk. d. 2. mem. p. 1. e. 5. n. 122. & in eisdem nostris terminis Balb. de prescript. part. 5. quest. 6. numer. 10. inquit: Quod prohibere possumus, ne quis intret locum nobis inuito, unde prohibere possumus ratione possessionis navigationem, & piscationem maris & fluminis, que aliis nobis communita sunt de jure gentium. Et ad hoc non fuisse necessariam peculiarem aliorum Regum prohibitionem, sed sufficere notitiam quam de titulis & navigationibus Hispanorum habuerunt, bene etiam observat Freitas d. cap. 14. num. 33. ex traditis à Jacobin. de feud. vers. Et cum venationibus, num. 2. Dec. cons. 197. Menoch. var. 160. num. 11. & Franc. Marc. dec. 526. num. 16. part. 1.

CAPUT IV.

De aliis titulis, & rationibus, quæ eandem retentionem justorum efficiunt, & præcipue de bellis contra Indos perduelles, vel apostatantes illatis, vel causa sociorum initis, & de voluntario populorum in Regni translatione consensu.

SUMMARIUM.

- 1 Indiarum Occidentalium justa retentio pluribus titulis confirmatur.
- 2 Indis ob plures causas potuit bellum legitimum irrogari, Et n. 13.
- 3 Indi rebelles, vel apostatæ sunt de dominio Papæ, aut Principis, qui eorum conversioni intendit.
- 4 Princeps omnis potest, & debet subditos suos defendere.
- 5 Lex 3. ff. de off. Præsid. expenditur & illustratur.

- 6 Indis Chiriguaneis legitime bellum inferri potest, secundum Martinez. Et quare.
- 7 Chichimeci, Caribes, & Canibales Indi sæpe debellari, & servi fieri juxta sunt.
- 8 Lusitani ob fidem sibi fractam, vel injurias ab Indis Orientalibus illatas, plures eorum regiones debellarunt, ibidem.
- 9 Chilenses Indos justè hodie bello comprimi, & servos fieri posse, multi opinantur, & quid circa hoc diversis temporibus ordinatum fuerit, Et num. 12.
- 10 R. Patris Ludov. de Valdivia Societatis Jesu zelus & cura pro Indis Chilesibus à bello offensivo defendendis.
- 11 Reges nostri, & supremum Indiarum Consilium semper ea media vocent, & amplectantur, quæ Indis favorabiliora, & mitiora videntur.
- 12 Indis cum Chilesibus nihil per blanditiem profecit Pat. Ludovicus Valdivia.
- 13 Chilensibus, ejuscumque generis bellum, si opportunitas suggerit, potest inferri.
- 14 Infideles, apostatæ, rebelles, vel fidem impediens justè debellari possunt.
- 15 Excellentiss. Princeps Esquilacensis Peruanus Prorex, laudatur, ibidem.
- 16 Fr. Antonii à Corduba notabilia verba expenduntur de casibus tractantia, in quibus, aduers. Indos, pugnari legitime potest.
- 17 Cap. Dominus noster 23. quest. 2. expenditur.
- 18 Armis & bellis tunc rectè uti possumus, & debemus, ubi aliter justitia, nec securitas consequi potest, cum Casiod. Polyb. Chrisost. & aliis.
- 19 Ferro abscondenda sunt vulnera, quæ medicina fomentum non recipiunt.
- 20 Hispani ab aliquibus Indis contra alios sibi infestos in auxilium vocati, rectè militare, & belli spoliis potiri valuerunt.
- 21 Bella sociorum, & confederatorum causâ inita, legitima sunt.
- 22 Christiani regulariter se infidelium actibus, & belli immiscere non debent.
- 23 Franciscum I. Gallie Regem multo reprehendunt, quod Turcam in auxilium vocaverit.
- 24 Ata Rex cur notetur in sacra Pagina.
- 25 Bellum ubi justum est bene possunt Christiani scandalo cessante, cum infidelibus, & pro infidelibus militare.
- 26 Christiani, nullum peccatum committunt, infideles in bello justo adiuvando.
- 27 Bonum opus ut exercere, ita & iurare bonum est, etiam si quis pro eo mercedem accipiat.
- 28 Lex metum 9. s. sed licet, ff. quod met. caus. ponderatur, & illustratur.
- 29 Equum est, ut si habes bonum propter me, ut & ego habeam propter te.
- 30 Abraham pro vindicando Rege Salem, & aliis suis confederatis, justè pugnasse dicitur.
- 31 Jotaphat consulto Domino pugnavit contra Regem Moab in auxilium Regis Israel.
- 32 Machabæi qualiter petierint auxillum à Romanis.
- 33 Infidelibus quando pacem dare, aut fœdera cum illis inire possimus, etiam inconsulto Romano Pontifice.
- 34 Romani Imperium suum dilatant, socios & fœderatos juvando & alias provincias aliarum vicinarum robore subigendo.
- 35 Indi voluntate sua Regum Hispania dominium admisisse videntur.
- 36 Peruani Regni Indi omnes se Regum nostrorum dominationi subjacere velle publicis instrumentis testati sunt.
- 37 Consensus superveniens purgamentum aut tyrannidem præcedentem tollit.
- 38 Tyranni ex curtu temporis, & diuturna populorum tolerantia, & concessione efficiunt veri & legitimi Reges.
- 39 Reges Hispanie, data voluntaria Indorum electione, Indias Occidentales legitime retinent.
- 40 Indos hodie gratam, & ratam habere Regum Hispanie dominationem, multis probat Joan. Martinez.

- 41 Indorum proprii, & antiqui domini cum hodie non extant, rectè possunt Reges nostri, exstante præcipue concessione Pontifici, eorum regna possidere.
- 42 Initio quod nullum, vel vitiosum est, tractu temporis non firmatur, & quando hoc fallat, num. 43.
- 43 Originem Regnorum inspicendam esse, & vitiosam semper nocere alicui dicunt, & qualiter intelligendi sint, Et num. 42.
- 44 Acquisitio à principio nulla tamquam facta per forenssem, ex post facta convalidatur, si forensis civis fiat.
- 45 Judicium à principio nullum est, jure superveniente interdum firmari solet.
- 46 Alienatio à minore inutiliter facta confirmatur, si post legitimam ratam eam ratam habuerit.
- 47 Causa confirmans ubi supervenit, actus initio nullus, convalidatur.
- 48 Regni ad legitimam occupationem sufficit, quod plures, vel præcipue ejus provincie justo aliquo titulo occupari possint.
- 49 Occasio in tempore arrepta, omnia serè mundi Imperia peperit.
- 50 Austriaca familia variis occasionibus varia Regna, quibus hodie fruatur, coadunavit.
- 51 Occasione diligenter utendum Politici docent, & eam Aquila similem Nicephor. facit.
- 52 Carolus V. Imperator, totius mundi Imperium consequi potuisse, si oblata sibi occasione uti scisset, Campanella testatur.

Sunt quoque plures alii tituli, qui eandem retentionem confirmant, quod recenset Mag. Victoria in 2. relect. de Indis ex num. 1. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 23. part. 2. Fr. Alfonso à Castro de justa hered. puni. lib. 2. cap. 14. & Joan. Azorius tom. 1. instit. Moral. lib. 8. cap. 26. veric. Septimo quaritur. Sed præcipui eò reducuntur, ut absque ulla dubitatione Pissimi Reges nostri eas provincias retineant, quarum 2. Indi Fidem sibi pacificè, & sufficienter annuntiant, nec recipere, nec audire voluerunt: vel receptam deseruerunt, blasphemarunt, vel impederunt, aut Hispanos ad se prædicationis, ac commerciorum causâ accedentes, vel ad alias regiones innoxium transitum postulantes, hostiliter adorti sunt, vel simulato hospicio receptos, postea perfidus, & subdolis invasionibus encantarunt, prout sæpe contigisse narrat Ant. de Herrera in hist. gen. Ind. decad. 3. lib. 1. cap. 18. pag. 126. & lib. 9. cap. 2. lib. 7. cap. 7. & dist. cap. 4. lib. 6. cap. 11. & Joan. Boter. in relat. univers. 4. part. lib. 3. pag. 63. & 64. Etenim cum in his casibus justè, ac legitime adversus infideles bellum inferri possit, juxta ea, quæ plenè disputavimus sup. lib. 2. cap. 20. longè justius, ejuscumque bello parra retinebuntur, aut iterum, si opus fuerit, pro eorum conservacione, ac retentione bellari poterit, ex l. patre furioso, ff. de iis, qui sunt sui juris, cum late traditis sup. hoc lib. cap. 1. ex num. 1.

Quam traditionem multis comprobatur Episcop. Chiapens. in tr. de domin. Ind. fol. 21. cum seqq. docens, & quod ubi prædicta contingunt, infideles efficiuntur de dominio & jurisdictione Papæ, vel Principis Christiani, cui eorum converterendorum cura commissa est, ac propterea ab illo puniri possunt, & imperio & gubernatione suarum provinciarum propter ejus abusum privati, juxta sententiam D. Augustini lib. 1. de liber. arbitr. cap. 6. & alia, quæ congressimus sup. lib. 2. cap. 10. nam. 59. & seqq.

4. Quia & omnis Princeps potest, & debet sub Tom. I. de Ind. jure.

ditorum sibi hominum personas, bona, & jura defendere, l. nam salutem, ff. de officio præfecti. vigilum, cap. 2. de ordin. cogniti. cap. 1. de restitut. spol. cap. dilectis, de appellat. ubi Innocent. & Hostiens. cap. Dominus noster 23. q. 2. cap. scire vos oportet. 23. quest. 8. idem Hostiens. in cap. 1. de treug. & pace, Gregor. Lopez per text. ibi in l. 1. tit. 23. part. 2. & in lib. 3. tit. 19. part. 3. And. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 1. & 4. Bobadilla in Politica, lib. 2. cap. 16. num. 49. Valenzuela in monit. contra Venet. part. 7. ex num. 56. Avend. in cap. 1. Prator. num. 12. Et excessus & delicta infidelium efficiunt, ut etiam si extranei sint, nostræ jurisdictioni subdantur, arg. cap. 1. de offi. delegati, & l. 3. 5. De offi. Præd. libi: Habet interdum imperium & adversus extraneos homines, si quid malum commiserint. Nam & in mandatis Principum est, ut curetis, qui provincie preest, malis hominibus purgare provinciam, nec distinguitur, unde sint. Cujus legis in optima, & simili questione meminit. Avendañ. de exequend. mand. lib. 2. cap. 6. num. 12. & alia circa eam norantes DD. in l. unica. C. ubi de crim. agi oport. Socin. reg. 120. Donel. & Osuald. lib. 17. comment. jur. cap. 16. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 16. num. 9. & 17. & Prosp. Farinac. in practi. crimin. lib. 1. quest. 7.

Et ex his rationibus concludit Joan. Martienz. in tract. manuscripto de moderamine Regni Peruan. lib. 2. cap. 9. & justè adversus Indos Chiriguaneis bellum indici posse, eò quod sapius à fide nobis data defecerint, & alias Indorum nationes, quæ Evangelium receperunt, vel facile recepturæ essent, suis minis, & crudelitibus terreat, maximam captivorum partem incredibili voracitate, & ferocitate deglutiant.

Idemque & de Chichimecis Novæ Hispania & Caribibus, ac Canibalibus Terræ firmæ, & adjacentium insularum sæpe in Supremo Indiarum Consilio statutum fuisse, & ut servi captivorum fierent, passim in sua historia generali Indiarum Anton. de Herrera scriptum reliquit, & præcipue decad. 1. lib. 6. cap. 10. & lib. 8. cap. 12. decad. 2. lib. 1. cap. 8. pag. 15. & cap. 22. pag. 72. & lib. 10. cap. 5. pag. 328. & decad. 4. lib. 7. cap. 6. pag. 169.

Neque absunt exempla Lusitanorum, qui eisdem de causis plures Indorum, Occidentalium ditiones istius belli imperio suo adjeceerunt, ut testatur Navarr. in cap. novis, notab. 3. n. 158. de judiciis, Molina de justitia & jure, tract. 2. disp. 104. vers. Sexto, & novissimè Seraph. Freit. de just. Imper. Asiat. cap. 9. ex num. 9. ad 15. ubi refert ad idem elegantissima verba Hier. Osorii lib. 3. de reb. Eimman. pag. 96. & l. 6. pag. 248.

Quod etiam nostris hisce temporibus de Indis Chilesibus multo graves, & Religiosi viri consulerent, eò quod hi magna ex parte Christo nomen dederunt, & ab eo descendent, se postea aliis infidelibus sociarunt. Omnesque, cum jam ob assiduum nostrorum prædicationem, & communicationem, & sufficientem Fidei, ac Religionis Christianæ notitiam habuerint, non solum eam non amplectantur, sed quotidianis potius incursibus, & invasionibus tum Hispanis